

A dei genitric Mariae ueritatem, magno ac admiratione digno Gregorius arcana theologia aperuit, ut beatus Gregorius Nisitenus in eius uita testatur. Qui quidem sanctus Iohannes inquit. Vnus spiritus sanctus ex deo essentiam habens, ac per filium manifestatus hominibus, & reliqua. Unde clare esse uidetur, fieri non posse, uerbum, ex filioque subintelligi, nam huic rationi, ex deo essentiam habens, non illud statim subiunxisset, ac, per filium manifestatus hominibus: quia quidem particula demonstrat, soli patri proprium esse, ut ex ipso sanctus spiritus esse habeat, filio autem, ut per ipsum mortalibus appareat. Audientes ergo spiritum ritum ex deo esse, non est necesse, quinimmo fieri non potest, ut ex filio subintelligatur, quia quidem hae duae orationes, sanctum spiritum ex deo essentiam habere, ac per filium manifestari, diuersa significant. Hoc enim filio, illud, uero patri, dubio procul ascribitur. Quae omnia ex literis sacris habentur. Porro autem Dionysius Pauli discipulus, ac eiusdem secretorum & mysteriorum particeps, quidam in hoc sentiat, uideamus, quippe qui in capitulo, quod inscribitur, quae sit unitio & discretio in diuinis, inquit, Est autem & discretio in super substantialibus theologiis, non quam dixi tantum, quod secundum ipsam unitiorem immixte & inconfuse collocat uinaqueque principalium personarum, sed quod ea, quae sunt super substantialis deitatis fornicata, non conuertantur ad se inuicem. Solus autem fons super substantialis deitatis est pater. Siquidem igitur solus fons super substantialis deitatis est pater, quia quidem ratione a filio & spiritu seiungitur (loquitur autem de perfecta diuinarum personarum distinctione) sequitur, ut neque filius neque spiritus cum patre, quatenus fons est, communitate: alioquin in personis ipsius confusio, non autem seiunctio esset. Propterea (inquit) neque coniuncta destruere, neque seiuncta confundere licet. Fontis autem ratio nullo pacto refertur ad filium, ob idque sancti spiritus causa filius esse non potest: nam a super substantiali diuinitatis fonte spiritus sanctus scaturit. Siquidem igitur solus pater diuinitatis fons est, quod quidem a filio sanctoque spiritu segregat, sequitur, ut solus etiam mittens spiritum sit. Unde sequitur, ut uestrum dogma ex talis tantique doctoris sententia, non solum nequaquam probetur, uerum etiam clarissime refellatur ac reprobetur. Quam quidem sententiam magnus etiam Athanasius in sermone, qui de aeterna filii sanctique spiritus essentia inscribitur, ita testatur: *Disiungimus (inquit) ab his, qui Iudaeos secuti, cum deum de deo negant, ut Christianorum fidem euerterent, deum unum ut Iudaei profitentur, non quod solus ingentis ac solus diuinitatis esset pater, uerum quod sine filio, ac sine fructu uidentis uerbi existit. Vbi doctor etiam ipse, patrem solum ingentem, ac solum fontem diuinitatis testatur. Ut autem fieri non potest, ut esse ingentem, alicui personae coequetur, ita etiam fieri non potest, ut fons diuinitatis cum filio coequetur. Vbi sequitur, ut filius non sit fons, neque coequetur sancti spiritus causa. Ecce P. amp. quod clare sancti doctores in hac ueritate conueniant. Sed uenerabilium quoque concilio sententias, eandem ipsam ueritatem testantes, in medium proferam. Nam primum Niconum ad haesitantem quendam philosophum pro Leontio Caesariensi praefule, scripsit ita. Suscipe unam patris diuinitatem, filium ineffabilem liter generatis, necnon filium ex eo genitum, sanctique spiritus, qui ex ipso patre procedit, quique sit*

C lium proprius est, secundum Paulum apostolum, qui, si quis spiritum (inquit) Christi non habet, is non est eius. Quae quidem uerba, P. amp. proappendenda sunt, ac ipsius sacrae synodi meae accurate consideranda, quae de spiritus sancti theologia loquens, uidelicet uideat procedat, & diuinitatis causam habeat, ex patre protulit, ne quis forsitan putaret processionem ad filium debere referri, de quo paulo ante fecerat mentionem.

Roma. 8. b

Iohan.

Mar.

Iohan.

¶ Statutum ordinem mihi, Pater reuerende, praeterire uideris, quando quidem inter nos conuenit, ut de parte in partem, & de argumento in argumentum procedamus.

¶ Non equidem ordine statutum, P. reuerende, peruerto, dum studeo fortissimis argumentis ostendere, nostrum magni Basilii librum non esse mendosum, neque Basilium ipsum sibi ipsi contulisse.

¶ Superiorem sessionem, P. amp. beatissimi patris nostri, necnon Imperatoris serenissimi inuisu conuenimus, ut de parte in partem, ac de argumento in argumentum procederemus, idcirco a magni Basilii sermone, quem pro Petecostes celebratae literis mandauit, proximam nostrae orationis exordium sumpsimus, in qua tametsi forsitan multas uisus fuerim, nunquam tamen a proposito sermone nostro defluxit, sed in ueritate inuestiganda uolenter incubuit, quam deinde assecutus, statim ad alteram ipsius Basilii auctoritatem in tertio contra Euanomium libro ueni, in qua quidem exponenda, longa etiam usus fui oratione, nihilominus a proposito nunquam sermone meo diuertit. Volenti namque mihi eam sententiam patefacere, necesse fuit, ipsam clare exponere, fideliterque interpretari, nunquam tamen

(vt ius)